

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prosperitas g
cum fonte primo

Difficile immo impossibile est ut et
presentibus et futuris quis fruatur bonis,
ut et hic uentrem et ibi mentem impleat,
ut de deliciis ad delicias transeat et in
utroque seculo primus sit, ut in terra
et in caelo appareat gloriosus.

Ieronymus in epistola quadam.

difficile, immo impossibile, ut et
praesentibus quis et futuris fruatur bonis,
ut et hic uentrem et ibi mentem impleat,
ut de deliciis transeat ad delicias, ut in
utroque saeculo primus sit, ut et in terra
et in caelo appareat gloriosus.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,
118, 6 (CSEL 55, I. Hilberg ed., p.444,
ll.5-8).